



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis  
Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum  
Festo ad Pascha vsque occurrentibus**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

In festo Circumcisionis. De Circumcisione veteris legis, & Christi, eiusq[ue] nominibus. deq[ue] nominis Maiestate, & contra blasphemos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](#)

etoriam obtinentes, ac triumphum agentes, tandem portum, quem vos feliciter ingressi estis, ipsum inquam æternæ Beatitudinis portum ingredi meamur; ad hunc igitur vitæ nostræ cymbam SS. Trinitas dirigere dignetur Amen.

IN FESTO CIRCVMCISIO-  
NIS DOMINI.

*Postquam impleti sunt dies octo, ut circumcidetur puer,  
vocatum est nomen eius Iesus, Luc. 2.*

FIGVRA.

V Oluit olim in veteri lege Deus, vt primo men-

*Exod. 12.*

sis die, quem principium mensium deinde esse iussit, agnus absq; macula, masculus, & anniculus immolaretur, eiusq; sanguis effunderetur: idq; in perpetuum liberationis argumentum, qua Israelite ab Angelo exterminatore incolumes, solis Aegyptijs plagam sentientib. seruati sunt. Hodie quoq; totius anni mensium primi est initium, quo Christus Iesus, agnus ille sine macula, diuina ita disponente voluntate, sanguinem suū pretiosum cœpit effundere; verum sanguinem redēptionis nostræ augurium, salutis nostræ pignus, atq; euīdens inimicorum nostrorum ruinæ spirituumq; exterminantium ab anima nostra depulsionis signum & præfigium. Hæ sunt strenæ, quas sani Kalendis Iesus paruulus amicis mittit. O beatæ Kalendæ ô bona ac dextera auguria & strenæ Rege summo dignæ! Pluribus de ijsdem agemus, si solitum SS. Spiritus auxilium, & Reginæ nostræ intercessio, antequam prouehamur in altum, & veila in ventos laxemus, non defuerint. Salutationis igitur Angelicæ strenam vnanimes ad eam destinemus. *Ave Maria.*

Inter omnia legis Mosaicæ Sacramenta nullum

h 3

aut

Circum-  
cisio in  
veteri lege  
in primis  
necessa-  
ria.

*Gen. 17.*

*Hom. 40.*

*in Genesim*

*L.b. 4 de*

*baref. c. 30.*

aut nobilius, aut magis necessarium ipsa par-  
lorum circumcisione exstitit. Cuius decretum  
iam inde ab ipso diluvio sanctum est, idque  
fieret, in æternæ damnationis pœnam. Namque Abrahæ Patriarchæ Dominus in Genesi  
legitur locutus, *Infans octo dierum circumcidamus*  
*vobis; masculus cuius præputij caro circumcisæ non pro-*  
*rit, delebitur anima illius de populo suo.* Vnde col-  
egi facile potest, quam necesse foret parvulos cir-  
cumcidere, cum tam graues minæ incircumcisæ  
tententur. Variæ autem institutionis illius ratio-  
nes dari possunt.

Prima sit, ut per hanc Filij Dei à gentibus  
barbaris dignoscerentur: ita quidem Chrysostomus, *Ex circumcisione*, inquit, *hæc* fuit utilitas,  
quod ex hoc signo essent Iudæi cognoscibilis, & ab  
gentibus sequestrarentur. Item Irenæus, dicens  
Deus, circumcisionem in signo dedit, ut cognoscibilem  
seueret genus Abraham: & Epiphanius, Damascenus  
quoque libro 4. Fidei capit. 26. Hinc est, quod  
Israelitæ, quadraginta illo annorum spatio, qui  
in deserto commorati sunt, non fuerint circum-  
cisi, cum enim nullas inter gentes, à quibus es-  
distingui & dignosci oporteret, versarentur, si  
num hoc usque adeo necessarium non videbatur  
sed deserto egressi, atque in medio aliarum gentium  
commorantes, hoc sese semper signo ab alijs dis-  
tinixerunt.

Nam ut belli tempore milites, quo à duabus  
suis cognoscantur, & ab hoste discernantur, si-  
num quoddam & notam gestare solent, quo item  
manifestum fiat sub quorum mereant insignibus.  
Et ut Pastor, cui multæ sunt oves, easdem signa  
liquo notare consuevit, ne cum aliorum gregibus  
permisceantur, atque ita pereant. Ita magnus illi  
cal

CONCEPTVS THEOLOGICI 119

cæli Rex iam ab ipso mundi exordio voluit, vt in vita huius militia sui notam quamdam & insigne gestarent, circumcisionem scilicet, vt ita alijs agnoscerent, sub quo duce aut insignibus hi stipendum facerent: & magnus ille Pastor oves suas hac nota signatas esse voluit, quo eas ab alijs dignosceret: Vnde in Euangeliō ait, *Ego cognosco oves meas & cognoscunt me mea.* Prima, quæ signum hoc gessit, fuit domus Abraham Patriarchæ.

In excidio Ierichuntino domus Raab meretri- *Iof. 2.*  
cis funiculum coccineum in signum habuit, quo ab alijs domibus internosceretur; vt nimirum alijs omnibus euersis aut flamma consumptis, sola hæc ab omni clade immunis foret. Non secus quoque Deus, magnus ille regum Rex, à communi illo generis humani excidio, cuius peccatum originale causam appellare possumus, Sanctā illam Abrahæ domum immunem esse voluit, deditque ideo ei signum, funiculum purpureum, ipsam, inquam, circumcisionem, quæ propter sanguinem illic effusum vere purpurea dici potest, atque inde ad omnes fideles sancta hæc consuetudo pertransiit.

Filijs Israel, cum Ægyptia adhuc seruitute pre- *Exod. 12.*  
merentur, præcepit Deus, vt sanguine agni postes & superliminaria domum suarum tingerent, quo ab Ægyptiorum domibus dignoscerentur. Erit autem *sanguis vobis in ædibus in quibus eritis.* Erat quidem signum hoc illis in liberationem & distinctionem ab alijs gentibus; circumcisionem tamen aliquo modo designauit, per quam animas suorum ab infidelibus distinctas voluit, ac per quam semper illi se redemptos, & ab alijs populis discretos, veriç Dei cultui mancipatos esse, agnoscere potuerunt.

Ezech. 9.

Præcepit Ezech. Deus, vt per plateas Ierolomorum incedens, gementium & dolentium super abominationibus, quæ ibidem fiebant, frontes non Thau notaret, quæ ultima littera est Alphabetum Hebraici. Idem institutæ circumcisionis finis videntur. Præcepit namq; Abrahæ eiusq; posteris Deus vt nepotes suos, peccata in vasta mundi civitate deplorantes, & qui soli inter omnes populos potentiam agebant, signarent, non amplius in fronte sed in præputio, magno illo charactere circumcisionis, qui alphabeto, i. lege Mosaica postremus sunt. Sacramentum hoc igitur semper loco signum fuit.

Apoc. 13.

Portentosa illa bestia, quæ è profundo manu grediebatur, septem capitibus & decem cornibus instructa, quæ pedes quidem vrsorum, & fangs habebat leonis, signum omnibus qui eam sequuntur, imprimit, & infaustum ijs charactere immit, Quod monstrum hic cū suis agit, quo eos melius ab alijs discriminet, longo ante tempore nostra sapientia in populo suo usurpatum voluit; inter cætera electorum signa circumcisionem instituens, vt tanto eos melius agnosceret. Hacten quidem figuræ, sed iam exempla producamus.

Gen. 34.

Princeps Sichimitarum cum Dinam in matronium deposceret, fratres eius patriæ legis emolantes missa legatione responderunt, Non possimus dare sororem nostram homini incircumcisum, quod illicitum & nefarium apud nos est. videtisne igitur circumcisionem signum fuisse, quo fideles & electi ab idolatria distingueretur.

Jud. 14.

Parentes Samsonis cum viderent filium illicitum alienigenæ amoribus irretitum, his eum verius aggressi sunt, Numquid non est mulier in filiabus hebræorum & in omni populo tuo, quia rūtae vxorem de Philisthym, qui incircumcisæ sunt? Perinde aci

ac si dixissent. nosti Samson nos, qui circumcisi sumus ab incircumcisis, quales sunt Philistijm, quarum filias adamare diceris, toto cœlo distare: non sunt connubia illa honesta, ne dum licita. An non igitur circumcisio signum, quo electi à reprobis dignoscuntur?

Cum Hebræi, deserto egressi, circumcisi iam essent, Deus his ducem Iosue verbis allocutus est. *Hodie abstuli opprobrium Aegypti à vobis.* Id est, Hactenus barbaris Aegyptijs similes existitistis, ad instar eorum non circumcisi, sed hodie omne hoc opprobrium per circumcisionem abstuli, quæ immortalē vobis apud omnes, qui vos visuri sunt, gloriam afferet, cum vos non barbaros, non paganos, non idolorum cultores, sed veri Dei cultores confitebuntur. Circumcisio igitur semper signum & nota fuit: atq; hæc prima institutæ illius ratio est, iam alteram proferamus.

Erat adhæc aperta fidei protestatio, ac publica veræ religionis, & veri Dei cultus professio, qualis modo baptismi sacramentum est. Ita id esse testatur, D. Thomas, quod ab Apostolo Paulo didicerat, dum Rom. 4. ait, *Abraham accepit circumcisionem tan-* q. 3. qu. 70. *quam signaculum fidei.* Omnis enim qui circumcidetur, integrum totius legis obseruationem hoc ipso profitebatur, ut qui baptismō tingitur, totius legis Euangelicæ. Quod Apostol⁹ Galatis scribens, Gal. 5. satis insinuauit, *Testificor omni homini circumcidenti* se, quoniam debitor est vniuersæ legis facienda, & in primis, quod sacramentum hoc sit signum fidei, quod & ipse credo, nam sine fide impossibile est placere Deo. Atque hanc Dominus semper signo quodam exteriori testatam voluit.

Doctissimus iuxta ac sanctissimus Rupertus in Cantica Canticorum commentatus, ait pulchram

h 5 illam

## 322 IN FEST. CIRCVMCIS. DOMINI

illam Abisai Sunamitidem, quæ Dauidi ad caleficienda membra præsenectute frigida, data erat; dei typum extitisse, quæ velut filia quædam ostis, sub symbolo circumcisionis, legi Mosaica, qua omnia frigida erant, ad ignem charitatis cendendum, & frigida cæremoniarum membrorum calefacienda, donata fuit. Ecce & tertiam rationem.

Accedit huc, quod ipsa circumcisione signum debebat eius quam Christus octauo vita die intonello suo corpore pertulit. Ita docet doctissimus Galatinus, dum ait, Circumcisionem Moysis nominis umbram & typum Euangelicæ fuisse, id est, ius quam Christus suo in mundum aduentus minaturus aduenerat. atq; hoc modo intelliguntur verba illa Ioannis, Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. item Pauli, Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur, quod a parte est: id est, cum lex Euangelica mundo affluerit, Mosaica finem habebit, & quam primum in circumcisione in Messiae corpore peracta fuerit, pro illa velut imperfecta abolebitur.

Atque hec omnia hodie completa sunt, legimus siquidem in Euangeliō: Postquam impleti sunt dies Octo, ut circumcidetur puer, vocatum est nomen Iesu Christi. Ut Euangeliū huius sensum breuiter & ordine exponam, primo de hac Christi circumcisione, undeinde de nominis illius Regij & penitus admirabilis impositione agendum erit, ac duobus his capitibus strenam, quam hodierna vobis die dare decreui, circumscribam.

Quod ad primum igitur attinet, Lucas Euangeliā cum totius rei seriem referret, ait, Dominum octauo post nativitatem suam die circumcisum, sed non addit, Quo in loco, aut à quo. De loco rauit

*lib. 10. c. 8.*

*Ioan. 1.*

*I. Cor. 13.*

Vbinam  
Christus  
circumci-  
sus fuerit.

rauit, Hilarius, Pictauorum Episcopus, Aquitanus  
 nostræ decus, tantæq; doctrinæ & auctoritatis vir,  
 vt cum in dialogo contra Luciferianos Hieron.  
 mundi tubam, totius orbis deuotionem, & in e-  
 pistola ad Galatas, Romanæ eloquentiæ torrente,  
 appellare non dubitauit; falsus est inquam, cum in  
 Psalmum CXVIII. commentans ait, in templo eū  
 fuisse circumcisum. At tantum abest, vt hæc ab o-  
 mnibus opinio suscipiatur, vt nullam vel minimā  
 veritatis speciem habeat. Puer enim recens natus  
 ante quadragesimum post nativitatem diem tem-  
 plo inferri non poterat; nam interea temporis  
 templi ingressum, & puero & matri lex prohibe-  
 bat. Fieri deinde non poterat, vt omnes qui per  
 orbem nascebantur pueri è Iudeis, octauo ad cir-  
 cumcisionem recipiendam die ad templum pro-  
 perarent, nam qui in remotioribus orbis partibus  
 commorabantur, tantillo dierum spatio Ierosoly-  
 mam venire non volebant. Excipiebantur igitur  
 illi ab hoc invenire, vel, vt verius fortasse, necesse nō  
 erat, omnes circumcisionis recipiendæ ergo Iero-  
 solymam accurrere: omni siquidem in loco illa  
 peragi poterat. Verum probabilior Epiphanius vi-  
 deatur sententia dicentis, Christum in stabulo, in  
 quo natus fuerat, fuisse circumcisum: in quam &  
 ipse libens concedo.

Quantum vero ad circumcidēt spectat; satius *Heres. 2a*  
 est dicere, à gloriose eum Deipara circumcisionem. I-  
 ta namq; docent Hieronymus, libro de vera cir-  
 cumcisione, & Bernard. in tractatu, qui dicitur la-  
 mentatio Virginis: ipsa quin etiā id suadet ratio: eo  
 quod certas circumcisioni peragendæ minister nō  
 esset in lege cōstitutus; sed quouis in loco & à quo-  
 libet illa peragi poterat. nam quāvis veteris ea le-  
 gis Sacramentū fuerit, nusquam tñ scriptū legitur  
 ad so-

## 224 IN FEST. CIRCVM CIS. DOMINI

ad solos sacerdotes aut leuitas, cæteris exclusi-  
andem pertinuisse, sed promiscue omnibus ad-  
cumcidēdum potestatem factam esse, vt ait quin-  
tum Iosue caput Abulensis, adeo vt ipse etiam  
lieres id sibi muneris interdum arrogarent.  
phora namq; Mosis vxor filios suos circumcidit  
legitur, & sub Antiocho rege matres quæcumque  
natos circumcidit, iugulari præcipiebantur.

*Exod. 4.**1. Malac. 2.**Jerem. 2.**Luc. 3.**Psal. 4.*

Cum igitur ad omnes promiscue circumcisio  
etauerit, etiam matres, verisimile, imo ratione  
sentaneum videatur, à sacratissima Matre Iesu  
fuisse circumcisum, tum quod illa nollet ab aliis  
Filiū Dei tangi & attractari, tum vero quoniam  
nori cum dolore id se facturam putaret, vpposita  
quæ manus teneriores & molliores haberet.

His igitur positis, dicendum est, Christum offi-  
cio post nativitatem die circūcīsum esse, sed sum-  
ma cum admiratione dicendum: adeo vt verbou-  
la Prophetæ hic usurpare compellar, Obstupatio  
cæli super hoc. Quid enim? Filius Dei nascitur ut  
pauper, circumciditur velut peccator, vt feru-  
redimitur, vt latro cruci affigitur, O paradoxia  
magna & inaudita! Hodie igitur verum dixisse Iona-  
nes Baptista putandus est, *Omnis mons & collis humiliabitur*: cum Verbum illud æternum, mons ille in  
vertice montium, in tantum fese deiecerit, vt affi-  
star peccatoris sceleribusq; obnoxij, voluerit cir-  
cumcidit. O prodigia! Hic igitur vere se admirabil-  
lem paruulus Iesus reddidit, quod notari à nobis  
voluit Psalmographus, *Scitote, quoniam mirificans*  
*Dominus Sanctum suum.*

Quid te opus Domine Iesu circūcidi? hoc ad El-  
os Adæ, nō vero ad Filium Dei spectat: cōducit cir-  
cumcisio peccatoribus, non vero innocuo & mite  
puriori; circumcidi habent mortales & caduci, tu  
vero

vero permanens in æternum, & verbum æterni es  
Patris. Obstupesco & suspicio quidem humilita-  
tem tuam Domine, sed ipsa tua circumcisio me nō  
mediocriter offendit. Hæc enim aduersus peccatū  
originale instituta est, tu vero nullum vñquā pec-  
catum admisisti. Tu namq; es serpens ille æneus  
in deserto in sublime sublatus, serpentis quidem  
figuram habens, nullum tamen in se virus conti-  
nens, peccatoris quidem habitum & formam as-  
sumpsisti, nullum tamen peccati venenum. Vnde  
vnus ex Apostolis tuis ait: *Deus filium suum mittens  
in similitudinem carnis peccati.* Tu quoq; es agnus ille  
sine macula, cur igitur legi, quæ non nisi peccato-  
res scelerum nœuis inquinatos respiciebat, te sub-  
ijcis? Verissima quidem hæc omnia, anima mea;  
sed tace, tibiq; persuade, plurimas eum ob rationes  
circumcidi se permisisse.

*Num. 21.  
Exod. 12.*

*Rom. 8.*

Necesse quippe ac par erat, communi eum Iude-  
orum legi subijci, qui vniuersam legē adimpletu-  
rus in mundum venerat. Ita namq; de se ipso corā Rationes  
ob quas  
Christus  
Pharisæis & Scribis testatus est, *non veni legem sol-* circumci-  
*uere, sed adimplere.* Ideo in iurisconsultorum Pan- di volue-  
dictis scriptum legitur, *Vox digna maiestate regnan-* rit.  
*tis, se legibus obnoxium Principem profiteri:* Et apud I.  
Plutarchum in septem sapientum cōuiuio, in quo Matth. 3.  
de optimi Principis conditionibus disceptatur, ille  
scopū tetigisse dicendus est, qui ait, Imperio illum  
ac Priucipis nomine dignissimum, qui se publicis  
patriæ legib. & institutis subijcit. Christus igitur,  
vt bonum se principem ostenderet, ijsdem quibus  
subditi, legibus, imo graui & duræ circumcisionis  
legi subiectus esse voluit. ipse quamuis esset beatus *Psal. 1.*  
ille vir, qui non abiit in consilio impiorū, & in via  
peccatorum non stetit, sed cuius in lege Domini  
fuit voluntas, & qui in lege eius meditatus est die ac  
nocte

## 126 IN FEST. CIRCVMCIS. DOMINI

nocte. vnde merito Psalmistæ illud usurpare posse  
tuit: *A lege autem tua non declinaui: & cum Patre  
2. terno expostulare dicens. Tu mandaisti mandata  
custodire nimis.*

Deinde circumcisus est, ut circumcisionem ad-  
leret, hancq; legem obseruando, cæteras abrop-  
ret, & non sine honore cærimonias veteres elun-  
barer ac sepeliret. Exaltat igitur hodie vetera  
hanc circumcisionis legem, ut postea repudiet.  
mucrone aureo mortem ei infligat: ad imita-  
nem scilicet tedæ, quæ cum propemodum con-  
sumpta est, & ad finem vergit, eluet magis  
flammas maiores ejaculatur. Namque erat  
quod sub Abraham cooperat, sub Christo deinceps  
ret; & vt ille figuram, ita hic mysterium ostend-  
ret: ut ille umbram, ita hic corpus veritatis prope-  
garet. Gladius cum in saxum impingit, obtulerit  
redditur, & prorsus inutilis: ita circumcisionis  
culter Ecclesiæ petram Christum, quomodo eum  
Apostolus nuncupat, feriens hebescit, adeo ut nulli  
li usui in posterum futurus sit ac penitus obtrusus.  
Usurpare igitur hic scite liceat verba illa Ecclesi-  
sticis, *In carne eius stare fecit testamentum, eo quod in  
Christi circumcisione vetus testamentum finem  
accipere, eiusque leges ac cærimonias repudi-  
sentire, ne ulterius progrederentur, oportebat.*

*Lib. 4. super  
Iean. 6. 51.*

Cyrillus, ut hanc rationem magis adhuc stabil-  
liret, ait, Iosue mortuo, omnes cultros lapideos,  
quibus filii Israel circumcisi fuerant, sepulcro eius  
illatos fuisse; atque hoc signasse, Christo morien-  
te, cærimonias illas circumcisionis, vel potius ve-  
tus illud legis Mosaicæ Sacramentum, extin-  
guenda, tumuloque eius omnes obseruationes  
legales tam iudiciales, quam Sacras inferendas.  
Hodie igitur ad finem vergere incipiunt; lex in ex-  
tremis

tremis versatur, & circumcisio ad summum pertinet. Iam adimpletum est desiderium illud sponsæ dicentis, utinam: *Aspiret dies, & inclinentur umbrae.* veritatis namque dies incipit eluescere, & umbrae legales accedente luce euanescent.

Legi se circumcisionis subiçere voluit Redemptor peccatoribus impositæ, suam vt. humilitatem demonstraret, & eandem homines edoceret: atque inter cætera quæ exhibuit humilitatis opera, primum hoc merito locum vindicat. Humilis quidem eius natiuitas fuit, cum nasceretur in stabulo, in præsepi reclinaretur, atque inter animalia iaceret: honore tamen, & quidem amplissimo illa non caruit; nam auditæ sunt illic Angelici concentus, reges è longinquis profecti regionibus eundem adorarunt, stellæ insolitæ exortæ sunt. Maior & illa, cum in crucem actus, spineo ferto redimitus, medius inter latrones exspirauit: Sed diuinitas tamen hic etiam eluxit, cum Sol ille mundi oculus deliquium passus est, terra tremuit, celum tonuit, & petræ scissæ, ac monumenta aperta. At nihil hichuiusmodi, nonnisi pura & in- Christi  
tegra hic videtur humilitas: infans videlicet va- humilitas  
giens, singultiens, cruentem emittens, instar pec- in circum-  
catoris circumcisus. atque hac humilitate info- cisione.  
lentiam ac superbiam Satanæ hostis sui compe-  
scit, eiusque manipulos in fugam compellit.

Solet vt plurimum Diabolus tres bellantium Tres Dia-  
turmas sub signis habere, quæ eius nutui parent, boli tur-  
eumque vt ducem suspiciunt ac reuerentur. Has mæ.  
in Epistola suæ campo explicat Ioannes, Omne 1.Ivan.2.  
quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut  
concupiscentia oculorum, aut superbia vite. Has Da-  
niel Propheta egregio emblemate describit,  
dicens:

Dan. 7.

dicens, Ecce alia bestia similis vrsi, & tres ordinum in ore eius, & in dentibus eius. Portentosum hoc monstrum diabolum designat, tres illi dentium ordines auaritiam, superbiam & luxuriam: vorax profecto dentes, quibus miserias animas devorat. Christus igitur crucifilem hunc hostem debellans, tresq; hasce miseras eneruaturus, Circumcisionis suæ die, triplias opposit & obijcit, auctoritate nempe pauperatem, superbiam humilitatem sacramenti huius dolores delicijs & carnalibus voluptatibus, quas concupiscentia denotat.

Isa. 17.

Praeuiderat hæc Isaïas Propheta, dum ait, *Ecce Dominus ascendit super nubem leuem, & ingrediatur in Egyptum, & mouebuntur simulacra Aegypti a facie eius.* Per nubem hanc leuem Hieronymus sacram Christi humanitatem designari putat, quæ instar nubis leuis admodum erat, quod nulla peccatorum facta cina grauata esset; & ad eius in orbem ingressum omnia vitiorum simulacra cōcurrunt. Quamfanda porro simulacra sunt, quæ mundani proadorant, auaritia, inquam, concupiscentia carnis & superbia! at hæc paruuli nostri in mundi humi Aegyptum introitu, ac præsertim sacrae circumcisionis die, ad terram prostrata sunt; cuius humilitatis abyssus omnia hæc monstra absorbuit.

Adhæc circumcidi se passus est, vt verum fidei hominem demonstraret, hæreticosq; qui eius humanitatem negaturi essent, conuinceret: refutans hic voluit, Apellem, Cerdonem, Bardasanem, Manetem, Marcionem, & alios sacrilegos impostores, qui asseruerunt Christum, non nisi purum Deum esse, nihilq; cum hominibus habere commune, & non nisi aereo & phantastico eum corpore induitum fuisse. Sed cū hodie circumcisionis lani impositus est, cultriq; acerbissimos dolores experitur,

qualis

qualis sit omnibus demonstrat, atq; manifestissimo exemplo se verum hominem esse conuincit.

Ful non illud Martis Alexander, ille orbis ter-  
ror, ac regnum prædo, cum se quodam in confli-  
ctu sauciatum cerneret, sanguinisq; guttas in ter-  
ram profluere, amicis qui eum ut Deū coluerant,  
supraq; hominem quid habere crediderant, iratus  
ait; Anne hæc signa immortalitatis sunt? sanguis  
ille, vulnera, plague, anne diuinitatem innuunt?  
anne iā crederis Alexandrum hominem non esse:  
nequaquā, fallimini, fallimini, nā hæc sanguinis es-  
fusio veros vos palpones & adulatores fuisse argu-  
it, aut etiam mendaces. Quod Alexander apud su-  
os verbis efficere conatus est, hoc Christus re ipsa  
nos omnes edocuit, simulq; hæreticos qui aliter  
sentirent coarguit; nam hodie circumcisus & san-  
guinem è tenellis suis venuulis effundens, manife-  
ste demonstrat, verum se hominem esse, & vere  
humanitatem cum diuinitate habuisse coniunctā.

Aurum cum fodinis educitur, priusquam exco-  
quatur, & sublimetur, auriq; pretio iudicetur di-  
gnum, lydium lapidem aut scalprum subeat ne-  
cessē est, ne forte adultera quædam nulliusq; pre-  
tij materia sit. Iesus, qui inter homines, quod au-  
rum inter cætera metalla, recens sacro Virginis v-  
tero, velut aurifodinā educitus; circumcisionis ho-  
die cultris subiicitur, & lapidem lydium (nam &  
cultri hi lapidei erant) subit; vt hinc liquido appa-  
raret, num purus esset Deus, ac nihil cum hu-  
mana natura commune haberet. & ecce dum fit  
experimentum, sanguinem fundit, verumq; se ho-  
minem esse omnibus aperte demonstrat, Adeo ut  
q; Psalmista olim ait merito dicere potuerit, Domi-  
nus ne probasti me, omni ratione ac modo, in nativitate  
per paupertatē; in circumcisione, per cultrum; in

Simile.

Psal. 138.

De SS. tom. 1.

passio-

130 IN FEST. CIRCVMCIS. DOMINI  
passione, per crucem: & cognovisti me tibi more  
gessisse, mundoq; demonstrasti, vere me hominem  
extitisse.

Quando chymicus aliquis lapidem Philosophum  
se iam putat inuenisse, secreta quadam metu-  
rū transmutatione, æs in aurū, ferrū in argento  
conuertendo, periculū faciat & probet, necesse  
si tunc materia sincera est ac proba, scalpro & ha-  
mis nō cedit; si adultera & fucata, omnis in fumo  
euaneat. Natura humana verū iā lapidem Philo-  
sophicum inuenerat, quo nullus inquam melius  
& eminentior fuit; ex homine sc. fecerat Deum.  
Deo hominem aiunt enim duo magnæ auctori-  
tis & artis Chymici. Et homo factus est, item & m-  
bium caro factum est. ò præclara rerum conuersio.  
Periculum fieri iam erat necesse: Circumcisio, a  
culter probant: & ecce quamprimum euidenter  
me apparet, nullum subesse fucum, omnia confa-  
re, & verum hīc hominem circumcidī, eadem in-  
dutum carne, eodemq; corpore, quale hoc  
strum est, vestitum iam figuram è veteris vel-  
menti archiuis depromptam proferre est animus.

*Exod. 28.*

Deus cum summi olim apud Iudeos Pontificis  
ornamenta describeret hunc in modū Mosi locutus  
est: *Facies laminam de auro purissimo, in qua suspicere*  
*re celatoris sanctum Dominum, ligabisq; eam vitta iac-*  
*thina, & erit super tiaram imminens fronti Pontificis.*  
mysteria admiranda! ò figura mirabilibus, quoniam  
hodie veritatem producitis; refertur Iesu Christi  
humanitas, de S. Spiritu concepta, lamina erat ei  
auro purissimo confiata, sculpta adhuc & exarata,  
& mirum in modum contusa, quia exinaniti p-  
met ipsum; & ieunijs, laboribus, persecutionibus, &  
fatigationibus, Attritus est propter scelerā nostra. Por-  
ro vinculum illud iacinthinum vniōne hypostati-  
cam designat, quæ laminam auream cum tiara, id

humanitatē cum diuinitate copulat. Hodie igitur sanctū Domini eidē insculpitur, cum circūcisionis cultro, qui instar scalPELLi est, sanctū Iesu nomē par uuli, qui sum⁹ aliquādō sacerdos futurus est, iuxta Psalm. 109.  
oraculū Dauidicū. Tu es sacerdos in eternū secundū or-  
dinem Melchisēdech; fronti inciditur. Atq; hæc om-  
nia, vt hinc manifestū foret, verū eū hominē esse.

Ob has igitur aliasq; rationes circūcisionis legi subiçere se voluit: vix n. natus est, quin sanguinem suū pretiosum offerat in sacrificium. Noe diluuiο ereptus, & arca egressus, cœlo statim ob collatū be-  
neficiū gratus exstitit, & Domino in gratiarū actio  
nē victimas immolauit: quo sacrificio diuina ma-  
iestas adeo recreata fuit, vt nunquam amplius ter-  
ræ propter homines se maledicturum promiserit.  
Quam proposito meo figura hæc quadrat? Ecce  
verus noster Noë Iesus, vix sacra Virginei vteri ar-  
ca, post damnationis nostræ diluuiū finitum eges-  
sus est quin cœlū intueatur, & in corde contrito &  
humiliato, oculisq; lacrymantibus, Patri suo cèle-  
sti pretiosum suū sanguinē offerat in sacrificium.  
Psalographus hæc omnia præsagiens, & ad Pa-  
trē eternū orationem conuertens, hunc in modū  
locutus est, Tunc acceptabis sacrificium iustitiae.

Solet oculus mundi sol, naturæq; fax splendidissi-  
ma, mane & vesperi apparere rubicundior:  
quod Astronomi serenitatis futuræ prognosticon  
arbitrantur. Ita quoque verus sol iustitiæ, lucida  
illa fax, quæ illuminat omnem hominem venientem in  
hunc mundum, sub vitæ suæ auroram appetet ru-  
bicundior, & sanguineo rore hic in circumcisione  
purpurissans: & eosdē colores sub vitæ vesperam  
in mortis inquā hora, induet, cum in cruce in mó-  
te Caluariæ sanguine perfusus pendebit. Hinc  
omnis præsagit & auguratur mundus, serenitatē,

Gen. 8.

Psal. 50.

132 IN FESTO CIRCVMCISSI. DOMINI  
pacem, redemptionem, hominisq; & adeo totius  
generis humani cum Deo conciliationem instauit.  
Iam læta scilicet auguria sanguis hic in circumci-  
sione effusus adfert. Sed pergamus vterius, & ali-  
producamus.

Simile.

3. Reg. 18.

Insignes  
coceptus

Cum tempus nubilum & pluuiosum est, prout  
quam dense illæ nubes, aquarū vtres, resoluuntur  
& in terram se se effundant, nimbusq; spissior &  
vehementior ingruat; leuior & rarius quædā plu-  
via solet pcedere. Ita quoq; è corpore Iesu Christi  
quod penitus diuinum ac cælestē est, ante, quā  
gens sanguinis diluum in passione se se effundit  
quo omnia hominum peccata obruantur, minime  
quædā pluia in circumcisione hodierna excidit.  
Vnde p̄ sagire licet aliam longe vehementiorem in  
passione effundendā, guttulæ iā aliquot effundan-  
tur, dēsior imber & nimbus in Caluarię monte ex-  
fundetur. Huiusc rei figurā putate visionē qdā  
lim Elias Propheta vidit, Ecce nubecula parua quæ  
vestigium hominis ascendebat de mari, cumq; se verteret  
atq; illuc, ecce cœli contenebrati sunt, & nubes & roris  
& facta est pluia grandis. Nā videte ut parua quæ  
sanguinis nubecula corpore Iesu Christi, q; grā-  
rum & charismatum mare est, egrediatur, quia  
postea in magnam pluiam ex cresceret, quam  
terea dum exspectatis, alios conceptus proferat.

Mercator aliquis cū plurimas merces coemendat  
satagit quam primū vt nundinas ingressus est, ple-  
rimos sibi datis arrhis deuincit, vt postmodū, at  
tequā domū reuertatur, singulis data pecunia sa-  
tisfaciat. Mercatorē hunc imitatus Iesus parvus  
è cœlo in terrā non coemendi, sed totius mundi  
dimedi, animarumq; nostrarū cōparandarū ergo  
delapsus, quamprimum vt mundi huius mercatu-  
ingressus est, manu in loculos suos insertā, sangue

nem sudat in pignus & arrhas , solutionem integrum in aliud tempus differens , vt antequam ad Patrem ē mundo abeat,cunctis plene , omni profuso sanguine , vitamq; in redemptionem hominum in cruce offerens, satisfaciat.

Leuit. 26.

Et quoniam mercantium incidit mentio, addo Dominum hanc olim in Leuitico legē tulisse, si attenuatus frater tuus vendiderit posse iunculam suam & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat. Eheu ! Adam protoplastus, opum suarum & gratiarum dilapidator, cælestem possessionem, similiq; omne nostrum ad eam ius vilissimo pretio vendiderat, in eamdem tamen restitui poteram⁹, si solutam pecuniam aliquis ē propinquus illius, vellet refundere. Plurimos quidem ille propinquos habebat, ( omnes enim homines ad eum velut ad caput referuntur ) verum omnes extrema inopia laborabant , adeo vt nemo inter eos qui pretiū persolutū refunderet, reperiretur. Ipse quidē Deus opulentus erat & locuples , sed non erat de stirpe & cognatione Adami: Atq; ideo miserię & calamitatis nostræ misertus, homo, quo in hominum familiam adoptaretur, fieri voluit, itaq; vellit unus ē nobis, hæreditatem à longo annorū spacio nobis debitam redimire. Vnde David Dominus Psal. 15.  
pars hæreditatis meæ & calicis mei : tu es qui restitus hæreditatem meam mihi : Et melius ac plenius D. An- Lib. cur felmus , Conueniebat vt esset qui nos redimeret Deus & Deus ho-  
homo ; homo quidem, vt hominum propinquus esse & pa- mo;  
tiposset; Deus autem, vt sanctissima humanitatis operi-  
bus infinitum daret valorem. Hodie igitur manum  
crumenæ indit, summam taxat, Redemptionis  
nostræ opus tractat, debita nostra dissoluit, in  
hæreditatem nos paternam conatur restituere;  
sanguinem porro nummorum loço offert, atq; illo

134 IN FESTO CIRCVMCIS. DOMINI

1. Pet. 1.

2. Cor. 16.

Christus  
in circum-  
cisione a-  
morem  
quo nos  
prosecu-  
tus est,  
demon-  
stravit.

redemptionem nostram peragit; testantur idem  
sum duo Apostolorum principes, Non corruptibili-  
bus, auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine  
quasi agni immaculati &, empti estis pretio magna. E-  
quis ille amor est Auditores, Deum soluere pro ho-  
mine, creaturæ debita à creatore dissolui, man-  
cipiū sanguine & vita Domini in libertatem restitu-

Et sane hęc Iesu Christi circucisio ingēs amori  
erga mortales argumentum est ac nota, q̄ egregii  
conceptibus, & similitudinibus declarabo, quoniam  
hic prim⁹ fit, solent stulti illi puellarū amatissimis, qui  
earū benevolentiam obtineant, grati acceptique  
ijsdem sint & in clientes earū admittantur, collatim  
cū illis colores gestare, earūq; vestiendi rationem  
quā proxime imitari. Nihil vos hic obscenū an-  
leue cogitare velim, sed quāuis hoc apud mundos in vsu sit, Christū adhuc parvulū hoc imitari  
voluisse naturaeq; humanae amore captū, vt suū in  
eā affectū insinuaret, eosdē, quos illa, colores galba-  
se: inter quos erat rubicūd⁹ ille circucisionis, velut  
dilectę insigne. Hic de dilecti sui amore gloriatam  
Cāticis spōsa ait, dilectus meus cādīdus & rubicunda.

Sichimitarum princeps Dinæ Jacob filiæ amorem  
captus, vt eam sibi in vxorem copularet, suumq;  
in eā affectū testaretur, circumcidisse, legem Iude-  
cam amplecti, & extremos illos cruciatus, quan-  
uis delicijs assuetus, perpeti velle ait. Princeps illius  
cēlestis Christus, naturę humanę Adami filię, am-  
ore irretitus maiorem ei haud dubie amorem de-  
monstravit, cū, vt eius coniugio frueretur, incen-  
natus & circumcisus est sanguinemq; suū preno-  
sum pro eadem effundere voluit, cum rex poter-  
tissimus, ac Deus maxime metuendus esset.

Sephora Mosis vxor, cū illius vitę conseruanda  
ergo infantes circucidisset, in magni amoris testi-  
monium dilectionisq; argumentum, mox vt eum  
videt.

2.  
Gen. 34.

## CONCEPTVS THEOLOGICI. 135

vidit sponsus sanguinum tu mihi es, ait, i. Amare me  
quidē debes, o Moses, amore cōiugali, iā vero mul-  
to magis mihi deuinctus eris, cū tui seruandi ergo,  
tūc ab interitu vindicandi p̄sentissimo, p̄ prios  
ipsa filios circumcidere, vitamq; illorum sanguini-  
nis emissione aperto exposuerim discriminī, quo  
tuā cōseruarē. Si hoc Sephora argumēto ad amorē  
erga coniugē demonstrandū vfa est, velut efficacissimo;  
quāto potiori iure hoc ipsum repetere poterit Christus, & homini velut exprobrans dicere  
quotidie sponsus sanguinum tu mihi es; i. Quanta tua  
erga me obligatio est homo, quis meus in te amor  
& dilectio; cū tui seruandi causa graues circumci-  
sionis dolores subire non designatus sim, vixq; in  
miserū hunc mundū venerim, quin tenellum meū  
corpusculū incidi sim passus, quo sanguinem in vi-  
te tuę conseruationem emitterem? Quamobrem  
si me vt creatorem diligere teneris, maiori profe-  
cto ratione, vt redemptorem agnoscere necesse est.

Iudei viso, Christū in Lazari resuscitatione il-  
lacrymari, & in fletū prorumpere velut euidētis-  
fimo cōuicti argumēto, amorē illius in virū quā-  
primū agnouerunt, quē lacrymando testatū face-  
ret, Ecce quomodo diligebat eū? Dicite mihi Logici, q  
argumētādi formam & modos nouistis, & conse-  
quētia optime ex antecedētib⁹ colligitis, dicite in-  
quā cādide, nū synagogici hi argumētentur in de-  
bito modo & figura, & nū bene ē lacrymis velut an-  
tecedēti, sequatur amor vt cōsequēs, & nū bona sit  
cōclusio, fundit lacrymas in illi⁹ funere, ergo virū  
diligit, nō meli⁹ argumētabūtur Ecclesię discipuli,  
& potiori pfecto modo? amor in Christo erga ho-  
minē maxim⁹ fuit qa illi⁹ caūsa sanguinē effudit, &  
venas sibi patitur incidi. Sane si lacrymæ comunes  
& aqueæ testes & indices amoris sunt potiori id  
iure de sanguineis poterit lacrymis affirmari, nam  
maior haud dubie harū vis & efficacia. Ma-

Exod. 4.

4.  
Ioan. 12.

Serui cu-  
iusdam  
Romani  
erga Do-  
minus  
amor.

*Ioan. 1.*

*Cant. 2.*

Magnus sane omnium historicorum iudiciorum fuit servi illius Romani erga herum suum amor, qui, dum eum a lictoribus ad necem conquiri conseruaret, heri vestibus induitis, a lictoribus velutrem comprehensus, hero vitam seruauit, suam venia perdidit, cuius gratitudinis memoriam aeneas pud posteritatem statua herus conseruatam vobis iuit. Ex hac dilectione, Iesu Christi amorem quos agnoscite. Eheu miserum illud peccatum mancipium homo ab aeterna iustitia conquirebatur, circumcisio, morti, damnationis perpetuæ addicendus. Eius in locum se Christus subiecit, natura eius habitum assumpsit, ac servi locum herus suppleuit, Formam servi accipiens, & habitu inuenit homo. Circumcisio se gladiis subiecit, utque seruo vitam conseruaret, suam ultra libens prodegeret. Ecquod amoris indicium! an non igitur ei arcu statuas, pyramides, in anima nostra ponemus maiorem euum charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

O admirabilis dilectio! vere igitur amanti huic verba illa Cantorum adaptari queunt, Fulcitur floribus stipate me matis, quia amore langueo. Vere Iesus amore languit, & pro languore tandem emotuus est, amor quippe euum celo elicuit, in lectum deiecit, in praesepi collocavit, ardore eum compuit. Quam vehemens Deus bone hic amor est! calum tenuit sanguinem ei minuendum esse, atq; ideo in circumcisione vena inciditur; cumq; culter vulneri faciendo sanguinisc; eliciendo non sufficiat, neque hxc operatio satis sit; alia procudubio incisio erit decernenda, sc; in capiti, flagratergo, lateri lancea, manibus clavi ad aperiendas venas applicabuntur; & tamen, his non obstantibus, moriatur necesse est,

Summa

Sume igitur animos ò homo, ecce vt Dominus tuus, Redemptor tuus, Messias tuus sui erga te amoris incédiū testetur: ecce vt Iesu adhuc par- Lib. 8.c.2.  
uulus tam tempestue sanguinem suum in sacrificium offerat, quo Deum iratum placet, & diuinæ te maiestati reconciliat. Solebant Arcades, teste Plinio, quotannis Ioui paruulum immolare credentes, hac ratione diuinam iracundiam auerti. Hæc quidem gentilis erat superstitione: verum hic mysterium aliquod delitescit; Christus n. paruul<sup>o</sup>, vt iram Patris sui æterni in nos cōceptam auerteret, in sacrificium se hodie patitur offerri. Sed iam satis superque de circumcisione actum est, de regij illius nominis impositione nunc agendum: hoc namque restabat, quod vbi fecerimus, finem faciemus.

Solenne erat Hebræis in circumcisione infantibus nomē imponere, vti modo in baptismo Christianorum fieri consueuit, quo hinc demōstretur, vt obiter hoc admoneam, hominis eum nomine indignum, à quo peccatum originale nondum ablatum fuerit: cuius fœditas olim per circūcisionē, vt apud Christianos per baptismū modo eluitur. Atque ideo Domino circumciso, cœlo volente, nomen Iesu impositum est, Et vocatum est nomen eius Iesu, nomen penitus admirabile, quod dudum ante Propheta prædictum, cum vaticinans ait: Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersalerra!

Scio nullum diuinæ essentiæ conueniens nomē posse imponi: cum enim ipsa infinita sit, non potest in mundo nomen, quod digne nominetur, aut quod amplitudini eiusque æternæ maiestati respōdeat repeririri. Docuit hoc me Dionysius Areopagita & G<sup>r</sup>egorius<sup>\*</sup> Nazianzen. qui hoc similitudine quādam explicat: sicut fieri nequit, vt hominis paruum os

Dediuin.  
Nominib.

cap. I.

\* Orat. 9.

138 IN FEST. CIRCVMCIS. DOMINI  
totum Oceanum sorbeat: fieri quoq; nequit, vt item homi-  
nis paruum os, aut mens infinitam Dei essentiam nomen  
aliquo definiat, aut complectatur.

Atq; ideo nomen illud admirabile, & tetragram-  
maton, apud Hebræos ineffabile erat, cuius ha-  
rationem dat Galatinus, *Quia Deus trinus & un-  
us qui omnino ineffabilis est, atq; incomprehensibilis, per hoc  
nomen significatur: idcirco nomen ineffabile dicitur.* Dionylius vno velut fasce complectens omnia,  
Græce ait, *σενάριον εστι Θεός.*

*Lib. de di-  
uin. nomi-  
nibus.*

Et quamvis hæc ita se habeant, perfectumque  
Deo nomen dare nequeamus, imperfectum tam  
aliquid dare quid vetat? Hinc varijs eum nomi-  
nib. nominarius ex ingenio efformatis, modo Se-  
dai quo illius fortitudo virtusq; declaratur, eog  
omnia ex se possit efficere. modo Adonai, id est, De-  
minus meus, quod illius potentiam designat. inter-  
dum *Cados*, id est, *Sanctus*: alias nomine illi in-  
effabili tetragrammato *Iehouah*, id est, ex Epiphani-  
quidem sententia, Qui erat, est, & semper est, vel ut  
nonnulli Hebræi teste Galatino, interpretantur.  
*Qui dignit, omnibusq; esse suum elargitur: & aliis  
alijs.* Verum nobilissimum & dignissimum omni-  
um est ipsum sacrosanctum nomen Iesus, quod a  
hodie in circumcisione, idq; nutu & directione Pa-  
tris æterni, inpositum prodit Euangeliſta.

Insignis  
conceptus.

Nomen illud Iesu nomen nouum est, quod De  
in nouo hoc incarnationis opere voluit assumere.  
Nam quemadmodum Pontifices Romani, cum ad  
summū illum Ecclesię principatum promoueret,  
nomine proprio omisso, aliud nouū assumunt, vi-  
Clementis, Pij, Gregorij, Bonifacij: Ita quoq; par-  
uulus hic, qui in summū sacerdotem tandem affu-  
metur, hodie nomen immutat: nam antiquis no-  
minibus relictis, nouum assumit, Pij, Clementis, &  
Bon-

*Lib. 2. c. 10.*

*Lib. 2. cap.  
10.*

CONCEPTVS THEOLOGICI. 139

Bonifacij, nam Iesu nomen & pietatem & clementiam & bonitatem complectitur.

Solent Reges & Imperatores militares, quando prouincias aliquas subegerūt, ab ijsdē nomen mutuari. Quod ex historijs & annalibus Romanorum satis demonstrari potest. cum n. regnum aliquod aut prouinciam subiugassent, eius quam primum nomen induabant. Sic Scipionum vñus dictus est Africanus, alter Asiaticus, quod ille in inaccessibiles Africæ arenas penetrasset; hic vero Asiam Romano imperio peperisset. Ita quoq; Christus, regum omniū Rex de diabolo & mundo triumphū certissime acturus, nouum penitus nomen assumit, symbolum inquam & testem victorię, ac perpetuum tropæorum futurorum monumentum.

Iacob Patriarcha cum tota nocte cum Angelo Gen. 31. luctatus, in femore vulnus accepisset, Israel deinde dictus est. Nouus ille Iacob aliquando cum diabolo ac morte, tota passionis nocte, luctari debebat, & ex eadem lucta sauciatus, vulnera scil. in humanitatis femore accepto, fese prorpere: idcirco nomen illud admirabile in augurium triumphiç significationem, hodie accipit, quo eum Pater cœlestis, Angeli Gabrielis testimonio, donauit, Ecce concipies in utero, & paries filiū, & vocabis nomen eius Iesum. O nomen magnificū, admirabile ac penit⁹ di- Lyc. 1. uinum! Prædixerat idipsum Isaias, Parvulus natus Isai. 9. est nobis, & filius datus est nobis: & vocabitur nomen eius Admirabilis Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri consilij, Princeps pacis. Vere inquam admirabile, cum in virtute eiusdem reges saluari cupiant, Deus in Psal. 55. nomine tuo saluum me fac. cum idipsum vniuersum Psal. 75. regnum Israel admiretur, ac suspiciat, In Israel Psal. 10. magnum nomen eius, cum totus id mundus colat & veneretur, A solis ortu usque ad occasum, laudabile

140 IN FEST. CIR CVM CIS. DOMINI

Psal. 101.

dabile nomen Domini. cum omnes id populim-  
ant & horrescant. Timebunt gentes nomen tuum. De-  
mine, cum sanctum sit ac terribile, Sanctum acer-  
abile nomen eius. O nomen iterum admirabile! cu-  
ab eodem omne nostrum auxilium & solamen-  
pendeat, Adiutorium nostrum in nomine Domini. cu-  
ad nudam illius pronuntiationem dæmones in  
fugam compellantur. In nomine meo dæmonia ex-  
ent. cum eius adminiculo cœlitus quidquid per-  
mus assequamur; si quid petieritis Patrem in nomi-  
ne meo, dabit vobis. cum per ipsum iustificemur, calo-  
que velut filii inferamur, sed abluti estis, sed sanctifi-  
cati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu  
Christi!

Ceterum nomen illud Iesu adeo diuinum est  
oniam, quæ veteribus in antiquo reuelata fuere Te-  
stamento nomina, in se comprehendat. Inuenit  
aliquid Deus ipse Mosi visus est, dum ait: Ego Dom-  
nus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, & non nomen  
um Adonai non indicavi illis. perinde ac si dixisse, Nemo vñquam meum nomen naturale, aut ipsum  
quod inter nomina mea fert primas, agnoscet. Se-  
veniet tempus quo illud reuelabo, filioque meo  
quando in mundum venturus est reseruo: nomen  
quippe eius omnia nomina transcendet, atque  
cæteris erit admirabile.

Vnaquæq; nola suum ab alijs differentem, juxta  
magnitudinem aut paruitatem, sonum habet: sed  
cum omnes deinde in vnâ funduntur massam, in-  
gentem quandam campanâ constitunt, quæ va-  
stum quendam sonum editura est: Non secus or-  
mania diuinitatis, quib. olim appellabatur, nomina  
non nisi velut nola quedâ erant, & non nisi exig-  
um in veteri testamento sonum edebant: at vbi in  
yterum Virginis, velut in fornacē caritate estuan-  
tem

Psal. 110.

Psal. 12.

Mar. 16.

Ioan 15.

2. Cor. 6.

Exod. 6.

Simile.

tem, omnia simul coniecta sunt, & in vnum conflata: magnum illud nomen Iesus constituerunt, quod cætera omnia sono superans, velut campana princeps, tam alte insonuit, vt per omnia mundi climata exauditum sit, in oriente scilicet & occidente, quin & apud ipsos etiam Antipodes. Confirmat id ipsum Rex & Propheta, *A solis ortu vsque ad Psal. 112. occasum, laudabile nomen Domini.*

Zach. 14.

Dixi, nomen hoc regiū cætera in se nomina completi, & benedixi nam Zacharias argumentū præbuit, dum ait: *In illa die nomen Domini vnum, id est,* Modo quidem plurima Deo nomina sunt, sed venient tempora, quib. nonnisi vnum nomen habeat, qd tamen cætera omnia in se contineat. Quod *Philip. 2.* vero Propheta hic futurū prædictum, reipsa Paulus vidit completum, ait namq; in Epistola ad Philippenſes, *Et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, id* *Terem. 10.* *est, nomen Iesu, quod inter cætera nomina primas fert, quod præ reliquis nomen magnum appellatur. Magnus es tu, & magnum nomen tuum: vere mag-* *Psal. 48.* *num, eius namq; amplitudinis & maiestatis est, ut cætera infinitis ei partib. cedat, ipsaq; Regi, Principum, Magnatumq; nomina, vnum hoc adorent,* Reges terræ & omnes iudices populi, principes & omnes iudices terræ laudent nomen Domini, quia exaltatum est *Ibid.* *Philip. 2.* nomen eius solius.

Tantæ inquam maiestatis auctoritatisq;, vt ad solum hoc caput aperiamus, & ad eius auditum genu flectamus, In nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium & inferorum. Atq; hæc forsan sit ratio, qd parui reliqua Dei nomina constent, solo namq; verbo nomē sibi acquisiuit Creatoris, dixit, & facta sunt, ita & de cæteris; at hoc nonnisi per cruciatus adeptus est, Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit

## 142 IN FESTO CIRCVMCIS. DOMINI

altauit illum, & donauit illi nomen, quod est superius  
nomen. vel quod cætera eiusdem nomina terrent  
& metum incutiant: solum hoc nomen dulcis,  
bonitatis, & clementiae sit. Verum & proprium  
diuinitatis nomen.

Martinus Doyza, ex ordine Minorum, magna  
Hispania propter doctissimas conciones nomini  
refert ex Quelamo fol. 77. Vespasiani Imp. tempore  
Romæ in senatu disceptatū fuisse, quis deorum esset  
optimus, & quoniam ille potissimum nomine  
cupandus foret. Censebant aliqui, eum potentem bel-  
lacem, & Martium nominandum, eo, quod eius ve-  
tus & potentia cuncta perfringat, alij vero nomi-  
ni diuinarum dandum putabant, eo quod pecunie ob-  
diunt omnia. fuere & alii, qui Deum scientiarum  
ci eum oportere arbitrabantur, eo quod non omnium  
sed nullum horum conuenire visum est, atque ideo  
varia senatores studia distracti ampliandu[m] certi-  
ficare. dicebant enim, si Deus armorum; potentis bel-  
licrumque appellandus sit, quemque Deum timidi ut  
meticulosi habebunt? si diuinarum, ergo inopes  
egeni Deo carebunt, & ad quem confugiant, non  
habebunt. si scientiarum & artium, Oratores & Phi-  
losophi felices erunt, non vero ignari & rudes: qui  
artium expertes, Dei quoque expertes futuri sunt,  
quem in necessitatibus configuant. Cum itaque hereti-  
cent anxij, & quale tandem agnoscerent numerum igno-  
rarent, ecce tibi adstante adolescentem, quod Dei, qui  
cæteri adorarent, imaginem collo suspensam gero-  
ret, lateri incisam, quam unicumque; mox demonstrauit.  
Pictus erat quidem extensis brachijs, in cuius dextra  
legebatur, Promitto, in sinistra exspecto: latus quoque  
apertum habebat, adeo ut pateret, cui inscriptum  
erat, Remitto. Circum laterem porro, velut elogium  
aut Epigraphe, insculptum erat, Deo clementia. Hanc

cum

cum Senatores imaginem vidissent, dicere cœpere singuli, hanc veram Dei, quem adorare vellent, imaginem esse, firmiterq; asseuerabant, nullum alium se Deum velle agnoscere, quam qui probis felicitatē & bona promitteret, improbos ad pœnitentiam expectaret, & iniurias in se admissas libenter remitteret, cuiq; nomen, Deus clemētia, foret: nomen diuinitati maxime proprium, quodq; omnes ad se, tam bellaces, quam meticulosos, dñites & pauperes, cum doctos, tum indoctos alliciat.

Eheu, antequam Dei Filius humana natura asserueret, dubitabant mortales, magis credo, quam Romani, quē inter cæteros sibi Deum deligerent, aut quo eum tandem nomine appellarent. Hinc delegere sibi Romani Martē, atq; eum armorum, bellicorum & præliorum Deum nominarunt, Africani Plutum, & eum diuitiarū præsidem cōstituerunt: Græci Apollinē, quem scientiarum Deum arbitrati sunt, atq; alij alios. sed hominib. ita de Dei nomine & cultu disceptantib. cœlum puellam hodie vniuersis hominibus spectandam proponit, quæ ē collo & inter brachia verā veri & æterni Dei ab omnibus adorandi imaginem suspensam habeat. de quo scriptum est, *splendor gloria, & figura substantiæ Patris.* Qui deinde laminæ crucis insculptus fuit, brachijs extensis, & manu dextra promissionē bonorum præferens: quippe qui latroni gloriā cœlestem promiserit. *Hodie mecum eris in paradiſo: sinistra vero patientiā, qua peccatorib. pœnitendi tempus indulget: atq; ideo exclamat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Latus quoq; apertum habet, adeo ut circū cor hoc misericordiæ & clementiæ symbolū insculptū legatur. *Nolo mortem peccatoris,* hinc quoq; cœlitus hodie nomen Iesu ei impositū est, q; bonitatem & misericordiā denotat; vt hinc euīdens

144 IN FESTO CIRCVNCIS. DOMINI  
euidens fiat, hunc Deum misericordię & bonitatis  
esse, quiq; ab Angelis & hominibus adorari debet,  
nomen quod cœlum & terra adorent, suspen-  
sant & venerentur, nomen iplis Ianuarijs Kalendis  
Mariæ Filio impositum.

Tamerla- Solebat Tartarorum Imp. Tamerlanes annipo-  
nis con- mitias celebritate quadam inaudita condecorat  
suetudo ipse quippe sacrorum administer, cui ex lamo-  
admirabi- aurea, maiusculis litteris principis nomen infor-  
lis in anni ptum legebatur, id ipsum coram omnib; adstanti  
primor- primatibus, & populo magna cum reuerentia, ci-  
dio. gnitateq; pronuntiabat, quo audito omnis se-  
multitudo in terram quasi maiestate quadam tam  
perculsa prosternebat. At hodie nouum quid, si  
tamen pene simile contingere videmus: Hæc  
dies est, qua cœlum annuam memoriam colitur  
lebritatis, qua sacrum & regium hominum aequum  
Angelorum omnium Regis nomen, magnifica-  
racteribus aureæ humanitatis nostra laminatio-  
scriptum, publice coram Iudæis & Gentib; profun-  
tur, quo audito omnes, id ipsum reuererit & vener-  
ti, in terram genu flectunt, iuxta quod Paulus ait:  
*In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrena  
& inferorum.*

Philip. 2. Veterum Primus qui Kalendas Ianuarij in anni principio  
Romano- dedicauit, fuit Numa Pompilius, secundus Romani  
rum mos. norū Rex: primus item qui instituit, vt noui mag-  
istratus magistratum, ipsiq; postea consules comi-  
latum eo die inirent, ac purpurati, præcedentib;  
fascibus, in potestatis & iustitiæ signum pervic-  
iñcederent. Vnde Poëta: *Iamque noui præeunt fulge-  
noua purpura fulget.* Quanto maiori celebritate ho-  
die eadem Kalendæ à cœlo, veteribus cæremoniis  
quam p̄xime inhærendo, condecorantur? vultu-  
nim, vt Dei Filius, in Seruatorē mundi electus, ab  
atemo

MINI  
bonitatis  
rari debet  
it, sulpit  
s Kalend  
s annis  
decorat  
ex lamen  
nen infir  
adstantia  
rentia, cl  
nis semin  
q; dattac  
i quid, d  
s: Hoc id  
n colic  
um aere  
agni ch  
aminatio  
ib, prof  
& vener  
Paulus a  
t, tempe  
princip  
us Rom  
oui mag  
les comi  
edentibus  
i per vnu  
unt fallo  
ritate hu  
remoupi  
r? vult e  
lectus ab  
xterno

CONCEPTVS THEOLOGICI. 145

xterno totius vniuersi dictator constitutus, hodie magistratum ineat, nomen edat, nostræq; humilitatis purpura amictus appareat, sanguine scilicet in circumcisione estuso rubescens; fasces & securæ, dominationis & potentiae datæ symbola, ante eum præcedant. vnde ipse de se ait, *data est mihi potestas in cœlo & in terra.* At potissimum Kalendas hisce nobile illud nomen Iesu Messiaæ impositum est.

Nomen sanctissimum, augustissimum, & maxime venerabile, de quo Isaías ait, *Domine nomen tuū* *Isa. 16.*  
*& memoriale tuum in desiderio anima tuae.* id est, desiderat summopere nomen tuum anima mea, velut perpetuum benefiorum tuorum monumen-  
tum & indicium, Ceterum quotquot vñquam  
suêre sancti, nomen hoc maximopere semper admirati sunt & amarunt. Mirum enim quoties id  
in epistolis suis usurpauit Paulus; Iesus hic, Iesus  
illic, Iesus in omnibus sententijs & periodis. deniq;  
vbiq; imo & in Actis aperte professus est, ob nomi-  
nis huius honorem non modo se vincula, compe-  
des, carceres & ergastula, sed ipsam etiam mortem  
pati velle. & ne putetis iugas me vendere, eius  
verba producam, *Non solum alligari, sed & mori pa-*  
*ratus sum propter nomen Domini Iesu.*

Confitetur in Confessionibus suis S. August. in Lib. 3. ed. 4.  
credibilem se in Ciceronis Hortensio legendō vo- Ser. 15. in  
luptatem cepisse, adeo ut vix satiari posse videre- cant.  
tur, sed lectionis tandem tedium affectū librū è ma-  
nibus abiecisse, quod in toto libro disertissimo a-  
lioquin, Iesu nominis ne vel minima mētio fieret.  
& Bernardus in Cantica libere profitetur, omnia  
sibi hoc nomine iucundissimo non condita insi-  
pida fuisse, imo & sorduisse, quin & nauseam ac fa-  
stidium peperisse. Vnde ut plurimum dicebat;

De SS. tom. 1.

k

Iesu

*Iesu decus angelicum,  
In aure dulce canticum,  
In corde nectar cœlicum,  
In ore mel mirificum.*

Apostro-  
phe ad  
blasphe-  
mos.

Maledicti igitur, ac diris omnibus deuouend  
qui sanctum hoc nomen ore blasphemō profan  
O detestandæ linguae, quæ toties illud in vanum  
assumuntis! O fauces tartareæ, imo & dæmoniu  
deteriores! ecquod obsecro supplicium, tortu  
rum, quis inquam cocytus aut styx hanc irre  
rentiā & impietatem expiet? si enim Romæ mort  
addicebantur, qui Senatus iniussu, aut non pre  
sente flamme, per Iouis numen iurabant; iphi  
eratissimi nominis Iesu profanatores annē imp  
ne habebunt? tam te vile nomen hoc habebitum  
in ipsum blasphemī indemnes abibunt? O celum,  
o terra, o indemnitatē intolerabilem!

Dan. 3.  
*Impius ille Nabuchodonosor, cū tres illogi  
bræos æstuanti fornace illæsos exeuntes vindicta  
edicto cauit, ne quis posterum in nomen Deilicet  
iniurius aut blasphemus existeret, & principe  
Christiani, visis tot, quæ à tanto iam tempore no  
men illud regium & augustum edidit, mirabilis  
nullum in maledicos & Dei detractores, in nomi  
nis huius blasphematores supplicium decernent  
aut digna in eos castigatione animaduertent? Re  
ges barbari & idolis seruientes nomen Dei illæ  
honore prosequentur, & Christiani nomen tonu  
vñineri redemptoris indignis habere modis, pro  
fanari, ore sacrilego profetri patientur? Anne hoc  
religio & pietas permitteret? anne hoc fieri poterit?*

Homil. 24.  
*Clinias quidā vt Magnus Basilius testatur, tri  
aureorū millia cū consequi posset, iuramento per  
nomen Dei veritatē stabiliēdo, numquā id in ante  
mū, quamuis absq; vlo id piaculo facere licuisse,  
volu*

voluit inducere: indignum ratus Christiano, Deū ob lucellū aliquod in testem adducere, tantaq; ir- reuerentia Dei nomen usurpare. At quantum tempora nostra à tuis discrepant sancte Præsul, quam differunt hominum nostrorum mores à Clinia? Hodie namq; propter aureum, florenum, assēm, quadrantē, imo meras nugas millies Sacrū Dei nomen à paruis & magnis, feminis iuxta ac vi- ris, impie p̄feretur, & sacrilego ore p̄fanabitur. O vitā religionis expertē! ô etatē contaminatissimā! ô s̄culū vitiosissimum! sed finē iā facere oportet.

Hactenus igitur de sancti nominis huius impo-  
fitione egimus, ac de circumcisione Iudæis ad salu-  
tem necessaria: iam de alio & nouo prorsus circū-  
cisionis genere agendum, prior illa exoleuit & se-  
pulta est, alia dignior ac nobilior successit, cuius  
prior illa vix umbra fuit: illa nornisi carnalis, hæc  
penitus spiritualis: illa iam vetita est, hæc omni-  
bus in locis Scripturæ commendata, deniq; paucis  
vt concludamus, literalis obseruatio desijt, & spi-  
ritualis sensus adhuc viuit. illa fugienda, hæc vero  
sequenda, atq; ecce præclarum huius rei in Deute-  
ron. conceptum.

Illic namque scripta legitur lex, cuius hæc sunt Deut. 22:  
verba, si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidū  
avis inuenieris, & matrem pullis vel ouis desuper incuban-  
tem, non tenebis eam, sed abire patieris, captos tenens fi-  
lios, vt bene tibi sit, & longo viuas tempore. Expositio e-  
ius hæc est. Sacra Scriptura procera & opaca quæ-  
dam arbor est, quæ ad cælum usq; ramos extendat,  
in ea varijs ac plurimi reperiuntur nidi, in quibus  
mater, id est, obseruatio litteralis, sensum intelli-  
go litteralem, paruulis, id est, sensui mystico & spi-  
rituali, incubat; accipiendi sunt paruuli sub a-  
lis matris, & mater dimittenda. Abeat igitur

k 2

&amp; in

Quid sit  
spiritualis  
circumci-  
sio.

148 IN FEST. CIRCVMCIS. DOMINI

I. 8. q. 102. & in auras euolet cæremonia illa Iudaica, ac spiritualia documenta retineantur. Hunc porro multi  
art. ult.

Rom. 2.

conceptum suggessit D. Thomas de Aquino.

Est igitur circumcisio quædā spiritualis, de qua loquens Paulus, *Circumcisio*, ait, *cordis in spiritu, non littera*. quæcūq; in primis necessaria est, quæ non vincum modo membrum concernit, vt Iudaica, sed omnia & singula, sensis singulos, & facultates animæ singulas; Quæ nihil esse potest aliud, quam solutionum refrenatio, vitorum & prauorum affectuum præcisio. Deus bone, quam hæc necessaria est! Quomodo namq; filuescit & luxuriatur, nea, quando non putatur? quæ sordes in capite digeruntur, si crines non rescentur. Si enim rebellis Absalon comam ita non laxasset, aut in humero promisisset, non fuisse ei in restim aut laqueum. Crines symbolum sunt superfluitatum, quæ sæpius cultro circumcisionis spiritualis prædamus, verendum est, ne in eadem nos pericula præcipitent. Eia igitur, vt veteri more loquamus.

Deut. 10.

Hierem. 4.

*Circumcidite præputium cordis vestri*. & verbis Jeremias *vestrorum viri Iuda*, *præscindite superbiam, relecte, auaritiam, præcidite luxuriam*, atq; omnes nos affectus & concupiscentias auferte. Hoc annum ipsum agite, & feliciter eum expletueritis, atq; cœlo strenas offerte.

Acto. 4.

Tu vero puer Iesu, cui nomen hodie impositum est, cui nullum aut in terra aut supra terram sum reperiatur, quod Angelos exornat, homines creant, dæmones terret; nomen sacrum, diuinum cælestis, in quo totus orbis, vt docuere Apostoli, salutem consecuturum sperat. puer plane cælestis, qui mundo hodie pretiosissimam & pulcherrimam strenam misisti, sanguinem inquam pretiosum

sum in lucrum, insignemq; tuam humilitatem in exemplum offerens.

Oecquod exemplum, quod vtinam totus orbis imitetur, qui nempe octauo vita tuae die poenitentiam quo nos ad eandem exstimalares, egisti, tenellum tuum corpus circumcidisti passus es, sanguinem effudisti, quo æternæ iustitiae satisfaceres. Ve-

Psal. 78.

re igitur per Prophetam tuū dicere potuisti, *Pau-*  
*per sum ego in laboribus à iuuentute mea;* nam ab ipsa natuitate, ab ipso propemodum pastu in cruciatu fuisti, laborasti, passus es. Quamq; merito te Benoni i. filium doloris vocemus, quomodo Rachel filium suum appellauit, quem tamen pater filium dextræ censuit vocandum. Nam quamuis te pater tuus, filium dextræ nuncupet, quod ei in diuinitate æqualis sis, mater tamen Benoni te merito appellare potest, quod filius doloris sis: non quia te ipsa cum dolore pepererit, sed quod nostram ex ea naturam assumpseris, in qua tot dolores & ærumnas nostri causa sustinuisti. Fac igitur puer obedi- entissime, qui hodie ad legis præceptum circumcisus es, ut ad tui imitationē corda nostra circumcidamus, vitia cuncta præscindamus; & quoniam hodie amici amicis strenas mittere solent, & tu tā pretiosam tamq; nobilem hodie mundo dedisti, eamde erga nos liberalitatē noli obliuisci, sed vni- cuiq; nostrū eamdem manifesta. Da strenam, & munifice puer regi nostro Christianissimo, Reginæ illustrissimæ Delphino huius regni amplissimi hæredi, gratiam inquam tuam & benedictionem celestem elargire, vrbi vero huic prosperitatem, regno Galliarū pacē mundo vniuerso misericordiam: nobis vero omnibus post circumcisōem spiritualem, æternam beatitudinem concede, quā nobis elargiri dignetur, qui trinus in personis est Deus. Amen.

k 3

IN